Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1443
Quelle:
Copyright:

XXXVIII. *fol.* 181. p. 2. *De duobus generibus hereticorum.* Initium: *Duo ſunt genera hereticorum, de quibus foret Anglia expurganda* &c. Sunt hi *Simoniaci* et *Apoſtatici, qui*, ſubdit Noſter, *ſunt omnes Clerici.* Apud *Baleum* non reperi.

XXXIX. *fol.* 182. *De trinitate.* Initium: *Supereſt inueſtigare de diſtinctione* &c. ut alibi. Ad calcem iterum ſemel: *M. J. W.*

XL. *fol.* 244. ex Indice praevio: *De ydeis.* Initium: *Tractando de ydeis primo oportet querere* &c. ut alibi. Codicis hujus ſcripti, emendati, marginumque notis inſtructi adcuratione, qua majori nec S. Biblia poſſint, aetatem ex ora *fol.* 127. p. 2. aliquatenus conjicias, ubi legitur: *Johannes papa XXIII. fuit in concilio Conſtancien. pro diabolo inquinato peruerſitate per ſuos Cardinales et totum concilium condemnatus. Anno domini M°. CCCC. XV.*

CCCLXXIX.

899 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 141. 4. per duas columnas ſcriptus et rubricis diſtinctus, olimque *Lymburgum* ſive *Nimburgum* pertinens, ut praecedens, cujus *Pars Altera* videri poteſt, continet *Joh. Wicleſi* ſequentia: I. juxta Indicem praevium XXXIII. *Concluſiones.* Initium: *Criſtus deus noſter caput vniuerſalis eccleſie fuit pro tempore huius peregrinationis homo pauperrimus* &c. *De Paupertate Chriſti* inſcribitur *Cod.* CCCLXXXIV.

II. *fol.* 18. juxta eundem Indicem: XVIII. *Concluſiones.* Initium: *Proteſtor publice ut ſepe alias quod propono* &c. ut alibi.

III. *fol.* 20. p. 2. *Incipit ſpeculum ſecularium dominorum.* Initium: *Cum veritas fidei eo plus rutilat* &c. ut alibi.

IV. *fol.* 26. p. 2. *De dyabolo et membris eius et quod nemo dampnabitur niſi fuerit dyabolus.* Initium: *Fertur quendam fratrem inflatum ſuperbia grauiter* (ferre?) *iſtam ſententiam orthodoxam* &c. Aliud initium citat *Baleus.*

V. *fol.* 29. p. 2. Brevia quaedam, quae colligo: 1.) *De fundacione religionis. Salvator noſter diligens vnitatem* &c. 2.) *Litera parua ad quendam ſocium. Amice kariſſime vobis in nomine* (dei) *regracior* &c. 3.) *De mendacijs fratrum. Pſeudofratres replicant quod non licet ſacerdotibus* &c. 4.) *Deſcriptio fratris. i. Monachi mendicantis. Pſeudo frater degens in ſeculo* &c. 5.) *Concluſio de Officio Regis. Rex debet ex vi ſui officij* &c. 6.) *De quatuor imprecationibus* (Interpretationibus). *Quod clerus regni Anglie ſecundum ordinacionem* &c. 7.) *De clauibus eccleſie. Quodcumque ligauerit uel ſoluerit* &c. Omnia, ut alibi.

VI. *fol.* 31. juxta Indicem praevium: *De Ve octuplici ſuper 23. C. Math.* Initium: *Cum ſapientia dei patris ſit nuclius veritatis* &c. ut alibi.

VII.